

collocaret. Tandem ut paucis omnia complectamur, tantam^a ibi pacis materiam inuenimus, ut nullatenus salua conscientia omittere potuerimus, quin usque ad curiam domni pape pro tanti boni exitu perquirendo una cum domno Bambergensi^b episcopo laboraremus, multam spem et fiduciam tenentes, quod non post multos hos dies ecclesia Dei, quę tam diu scinditur, auctore Domino reddenda sit unitati. Quod autem ad uos antea non rediimus uestrum super hoc consilium et auxilium suscepturi, nimia temporis angustia prepediuit, eo quod nisi usque Pentecosten ipsius pacis stabilita sit certitudo, talia eodem termino posse credimus prouenire, de quibus multa pacis pericula et perpetuitatem quandam instantis scismatis formidamus. Rogamus igitur et in Christi karitate deposcimus, ut iuxta quod ex ore fratris nostri G. presentium latoris audieritis, ad hoc sanctissimum opus et auxilii uestri manum et orationum uestRARUM presidium apponatis scribentes et suggerentes domno pape et curie, ut ad bonum pacis, iuxta quod necessitas exigit et querentium pacem deuotio suplex inquirat, animos suos flectant et tantum ecclesie Dei periculum in interiora deinceps tempora non producant.

3. Zu den Anfängen des dritten Kreuzzuges.

Die Hs. Brit. Mus. Additional 24145 s. XII. enthält einen alten und guten Text der Chronik des Sigebert von Gembloux, über den G. WAITZ im NA. 4, 326—27 einige genauere Angaben gemacht hat. WAITZ hat auch ebenda S. 369 die Briefe verzeichnet, die auf den letzten Blättern der aus Stablo stammenden Hs. eingetragen sind. Ich wiederhole diese Aufzählung:

1. fol. 76^v. *Gregorius ep. s. s. D. Universis Christi fidelibus usw. Audita severitate. Dat. Ferrarie 3 non. nov. ind. 6. — JL. 16034 (vgl. JL. 16019) 'in schedis Mon. Germ.'*
2. fol. 77. *Excellentissimo domno . . Frederico Dei gratia glorioso Romanorum imperatori . . Henricus eadem gratia Albanensis episcopus usw. Flebilis heu casus. — Ined. vgl. S. 412.*
3. fol. 77^v. *Frater Tirricus pauperrimę domus Templi dictus magnus preceptor . . . universis preceptoribus usw. Quot quantisque calamitatibus. — R. RÖHRICHT, Regesta regni Hierosolymitani n. 660 (auch aus dieser Hs.).*
4. fol. 78. *Karissimis in Christo fratribus et amicis venerabilibus Dei gratia archiepp. epp. usw. Henricus eadem gratia Albanensis ep. usw. Ex quo vox illa. — Ed. Hist. de expeditione Friderici SS. rer. Germ. NS. 5 ed. CHROUST p. 11.*

^a) folgt getilgt: nobis.

^b) bergensi.